taturas pertinentibus nobisque et nostris alimenta
necessaria prouidere, Si uero nos et dictos nostros suc-
cessores propter malum statum terrarum plures per-
sonas et equos nobiscum et secum adducere oporteret,
illas et illos procurare tenebuntur per primam noctem,
Sequenti uero die nos et dicti nostrj successores ipsas
et ipsos que et qui ultra dictum numerum fuerint,
recedere faciemus et facient, nec dicti abbas prior et
conuentus aliquas uel aliquos ultra eundem nume-
rum tenebuntur procurare, Similiter si nos aut
nostrj successores in fine dicte quindene aliquarum
personarum pro conductu recedendj a dicto monaste-
rio indigenam[8] habuerimus et habuerint, illas die 8. indigentiam.
proxima precedente ante nostrum et eorum reces-
sum ad dictum monasterium vocare poterimus et
poterunt, ipsasque domini[9] abbas prior et conuentus 9. dicti.
cum earum euectionibus et equitaturis per illam
noctem hospitare et procurare tenebuntur, Nosque
in antea et dicti | nostrj successores, dictis dominis L. b.
Abbati, priori et conuentui bonus et boni debemus
esse amicus et amicj, ipsosque et eorum monasteri-
um in omnibus efficaciter promouere, nec litem
predictam aut aliquam[10] que occasionem[11] dicte litis 10. aliqua.
inter nos et dictos abbatem priorem et conuentum 11. occasione.